

# Summa Concionum ad Adventū, Septuages.

**Cum fecisset flagellum:** Non solum verbo, sed verberare, ac flagello eicit, & merito ita exarsit in eos; erant Sacerdotes, & non de spirituali, sed de lucro agebant. c. 3. n. 36. 37. p. 86.

**Fecit flagellum, & eos eiecit de templo.** Quia erant Sacerdotes, qui cum haberent sua stipendia à templo, adhuc illis non contenti alia per avaritiam querebant. cap. 8. num. 102. & num. 94. pag. 205.

**Fecit flagellum.** Maximè dolendum cum Ecclesia polluitur, ac profanatur. cap. 4. n. 10. 12. 13. pag. 100.

**Numulariorum effudit eis.** Quod illi, qui intrant in templum, debent contemnere terrena, ac pecunias, ut celestia quarant. cap. 10. n. 65. 66. & cap. 7. n. 261. 262. 263. p. 253. & 184.

Feria 3. à Dominica 4.

Joan. 1.

**Ascendit Jesus in templum, & docebat.** Frequenter Jesus orationem, & alia pia opera omittebat, ut doceret, ac prædicaret, quod omni alii bono operi præferendum. cap. 6. n. 16. 17. 18. p. 144.

**Doctrina mea non est mea, sed Patris:** Ubi suam doctrinam acceptam refert ad Patrem, & inde consequens est aliis communicare, nam justi volunt omne suorum donorum esse participes. c. 2. n. 3. 14. 35. & c. 3. n. 73. p. 79. 90.

**Doctrina mea non est mea, sed Patris.** Inde ei maxime gloriosum, quod totum refert Deo Patri. c. 3. n. 94. 95. & c. 4. n. 97. p. 93. 111.

**Doctrina mea non est mea, sed Patris.** Cum ipse esset à Deo datus omnium doctor, ac magister, suam doctrinam dicit acceptam à Patre. Discant Doctores ab aliis illuminari, ac doctrinam accipere non erubescant. c. 8. n. 147. 148. 149. 152. pag. 210.

**Si quis voluerit voluntatem eius facere cognoscat.** De doctrina ejus c. 2. n. 14. 15. quia solum ex divino afflatu hoc venit. p. 43.

**Qui misit illum.** Solum ipse debet intendere, & omnia terrena dimittere. cap. 9. num. 193. 104. pag. 226.

**Ille verax est.** Multa de veritate. Vide Veritas.

Feria 4. à Dominica 4.

Joan. 9.

**Quis peccavit hic, aut parentes ejus?** Peccato tribuunt hominis cæcitatem, nam peccator multa mala secum involvit. c. 1. n. 125. 126. 128. pag. 132.

**Ut manifestentur opera Dei;** Ut in præsentia manifestatur Dei bonitas, & magnificentia. cap. 10. n. 215. 216. 217. p. 269.

**Fecit lutum,** inseruit ad hominis formationem, & etiam ad restaurationem, quod tibi utile sequendum. c. 13. n. 33. 34. 35. p. 304.

**Liniuit lutum super oculos.** quod maxime inseruit ad cæcitatem, Dei potentia per contraria media salutem operatur. c. 7. n. 118. 119. p. 168.

**Vade ad natatoria Siloe,** ut ita tanti beneficii occultaret auctorem, quod est quid divinum. c. 14. n. 17. 18. p. 314.

**Vade ad natatoria;** ad percipienda divina beneficia requiritur cooperatio ex parte nostra. c. 9. n. 99. pag. 225.

**Lavit, & venit videns.** per lavacrum penitentia mundantur, & lavantur cicatrices peccatorum. c. 13. n. 73. vel lacrymarum. c. 21. n. 27. 28. 29. 30. pag. 308. 385.

**Si cæci estis credetis.** Claudantur oculi à terrenis, ut valeant percipi ac intelligi divina. cap. 9. n. 103. 104. p. 226.

**Abit, lavit, & vidit.** Facit mandatum, & non discutit; quomodo cum luto videat, perfectus obediens implet mandatum, & non discutit. c. 10. n. 55. 56. 57. p. 252.

Feria 5. à Dominica 4.

Luc. 7.

**Cum appropinquaret Jesus porta civitatis,** defunctus efferebatur. Non mirum, quod ex civitate, in quam non intraverat Jesus, defunctus effertur; quia solum à Jesu vita, & omnia bona. c. 4. n. 57. 58. 59. p. 106.

**Filius unicus Matris.** Filius viduæ, & patrem non habebat ut ejus directione regeretur, ac ejus virtutes imitaretur. cap. 7. n. 67. 68. 69. p. 162.

**Et hac vidua erat,** & inde Christi clementiam maxime sollicitabat, quia Deus sponsus est viduarum. c. 6. n. 13. 14. 15. p. 142.

**Turba multa cum illa,** ut pote ex urbanitate viro- rum civitatis. c. 2. n. 7. & 8. p. 392.

**Defunctus efferebatur,** in quo peccator representabatur, qui est homo mortuus. c. 9. n. 267. 268. pag. 244.

**Tergit loculum.** Jam inde tota hominis felicitas erat, quia qui aliquid accepit, jam totum habet. c. 2. n. 300. 301. p. 78.

**Tradidit illum Matri suæ.** Feliciores nos qui tradimur sub patrocinio Beatissimæ Virginis Mariæ ut piissimæ Matris. Vide verb. Maria.

**Accepit omnes timor.** Cum potius esset ratio gaudendi, timebant, quia se judicabant indignos Christi præsentia. Iniquitas timida. c. 4. n. 75. 76. 77. p. 108. Vel ex divino afflatu, cum ipso timore se præparabant ad recipiendam Christi doctrinam. c. 4. n. 123. 124. 125. p. 114.

Feria 6. à Dominica 4.

Joan. 11.

**Ecce quem amas infirmatur.** Non petunt, ut veniat, sed tantum exponunt necessitatem, quia optimo prælato satis est videre, ut subveniat. c. 9. n. 246. p. 242.

**Infirmus hac non est ad mortem.** Quia id, quod inimicus fabricavit ad mortem, Deus convertit ad salutem. c. 7. n. 118. 119. p. 168.

**Lazarus amicus noster dormit.** Cum re vera esset mortuus, ut ipse statim explicavit, tamen dicit somnum, quod est umbra mortis, per quam venit ad vitam, quam volebat dare. cap. 20. n. 61. 62. 63. p. 376.

**Venit ad eum,** ad Jordanem, in quo tunc erat Christus, multi conveniebant & hos reliquit, & vadit ad Lazarum, quia sic sollicitus est de uno, ac de omnibus. cap. 17. numero 102. 103. 104. pag. 350.

**Thomas eamus, & moriamur cum eo.** Alii discipuli divertebant, ne iret, Thomas ostentans suum amorem in Christum vult mori cum eo. Valde diversimode Christus ab hominibus æstimatur. c. 7. n. 76. 77. 78. p. 164.

Qui

# & totam Quadragesimam

**Qui credit in me, etiamsi mortuus, vivet.** qui fidem habet, securus est ad omnia impedimenta superanda. c. 3. n. 98. 99. p. 93.

**Abit, & vocavit Mariam,** ubi concepit spem de vivificando fratre, quia sub umbra Mariæ omnia dona complentur, & perficiuntur. Vide verb. Maria. p. 241.

**Tollite lapidem,** quia ad id, quod naturaliter fieri potest, non est requirendum miraculum. cap. 9. p. 242. 243. 244. p. 241.

**Prodit, qui fuerat mortuus ligatus manus, & pedes.** dum vivus prodit, secum fert funeralia, qui vult vivere secum habet memoriam mortis. c. 20. n. 60. 61. 62. p. 376.

Sabbatho à Dominica 4.

Joan. 8.

**Ego lux mundi;** Modo se dicit lucem, cum se dicat lumen de lumine; lucem, quam habet acceptam, aliis communicat, quod est spiritus divini. cap. 2. num. 3. 14. 35. & cap. 4. num. 147. 148. pag. 79. 116.

**Ego sum lux.** Lux se in nocte abscondit; sic Christus favores suorum in nocte laborum abscondit, ut passuris exercentur. c. 7. n. 321. & cap. 18. n. 56. 57. 58. p. 190. 358.

**Ego sum lux.** Lux oritur in mundo, ut homo tendat ad operandum. *Ortus est sol, & homo exivit ad operationem suam.* deus vult nostram cooperationem. c. 9. n. 99. p. 226.

**Ego sum lux mundi.** Lux omnium dispositionum, apparet subjectum album, nigrum, viride: prælatum, ut proficiat, accommodet se unicuique. c. 16. n. 10. 11. 12. p. 330.

**Qui sequitur me, non ambulat in tenebris.** qui sequitur Christum, ut ejus luce fruatur, debet ipsam imitari. cap. 4. n. 144. & c. 11. num. 55. 56. 57. pag. 116. 279.

**Hæc verba locutus est Jesus in Gazophylacio,** in quo reponebantur elemosynæ quæ multum conducunt, ut quilibet de Christi luce gaudeat. cap. 9. n. 238. 239. p. 241.

Dominica 5. Passionis.

Joan. 8.

**Quis ex vobis arguet me de peccato.** Hæc dixit non ex gloria, laude, sed cum esset prædicator, ac omnium rector, ut rectè suo muneri satisfaciat, ostendit suam puritatem. cap. 24. num. 60. 61. 62. p. 412.

**Quis ex vobis arguet me de peccato.** Nullum majus innocentia, ac puritatis testimonium, quam ipsos adversarios vocare in iudices, ac testes. c. 5. n. 92. 93. 94. p. 111.

**Si veritatem dico vobis.** Tria sunt in Evangelio veritas, blasphemia, & lapides, & hæc maxime coherent, nam uni veritati illa certissime respondent. cap. 12. n. 133. 134. 135. p. 297.

**Si veritatem dico vobis.** Et quo motivo probat Christus se dicere veritatem, quod veritatem dicat, nam veritas est comprobatio sui ipsius & modo dicendi comprehenditur. cap. 6. n. 100. p. 151.

**Demonium habet.** Proprium iniquorum, cum se vident convictos, & non habent, quid valeant respondere, ad blasphemias confugere. cap. 4. n. 90. 91. 92. p. 110.

**Demonium habet.** O falsum, & execrabile testimonium quod ingenuo viro est durius seu per mortem. c. 22. n. 49. 50. 51. p. 396.

**Demonium non habeo.** Non se negat Samaritanum, quia (ut ait August.) ideus est; ac custos; ipse enim est custos, defensor, ac auctor omnium bonorum. c. 9. n. 31. c. 16. n. 81. 82. & c. 17. n. 14. 15. pag. 218. 337. 342.

**Ego honorifico Patrem meum.** Merito Deum suum Patrem vocat, quia in omnibus operibus ipsum imitatur. cap. 7. n. 67. 68. 69. p. 162.

Feria 2. à Dominica 5.

Joan. 7.

**Miserunt Pharisæi ministros, ut apprehenderent Jesum.** Non quiescunt Judæi adversus Jesum, sed quotidie novis modis fervereunt Invidia nunquam quiescit, & moderatur. c. 5. n. 119. 120. p. 132.

**Ut apprehenderent Jesum.** Mittuntur ministri, ut apprehendant Jesum, & ipsi veniunt ejus laudatores Deus nostrum malum vertit in bonum. c. 7. n. 118. 119. p. 168.

**Quo hic iustus est.** Christus locutus fuerat de sua morte, ac passione, illi verba mutant, & dicunt abitionem, quia quæ sunt Christi solum à mundissimis capiuntur. c. 7. n. 43. p. 160.

**Quæretis, & non invenietis.** Bona occasio non omitenda, sed arripienda. c. 18. n. 167. & c. 22. n. 26. p. 393.

**Si quis sitit, veniat ad me, & bibat.** Comparat se Christus fonti aquarum, quæ est valde patens, ac suavis, & dulcis omnibus. c. 1. n. 161. & c. 7. n. 324. 325. 326. p. 23. 191.

**Flumina fluent de ventre ejus.** A Christi lavacro baptismi, vel penitentia tanta gratiarum abundantia, ut in alios redundet. cap. 19. n. 16. 17. 18. pag. 367.

**Quare non adduxistis illum?** Respondent, nunquam sic locutus est homo. Ecce magna miseria Pharisæorum, habebant ministros, sed ministri dominabantur eorum. c. 5. n. 94. 95. 96. p. 129.

Feria 3. à Dominica 5.

Joan. 7.

**Non enim volebat in Iudæa ambulare, quia volebant eum Iudæi interficere.** Et si Christus vehementer desideraret mortem, tamen retardabatur videns Judæorum peccata quorum occasio in proximis vitanda. cap. 20. num. 51. 52. 53. pag. 375.

**Ambulabat in Galilæa.** Non sedebat, quia Christus in negotio nostræ salutis non quiescebat, sed semper pergebat, ac laborabat. c. 18. n. 36. 37. 38. 39. p. 356.

**Ambulabat in Galilæa,** tanquam declinans a morte D. August. ait: futurum erat, ut aliquis fidelis ejus absconderet se, ne à persecutoribus inveniretur, & ne illi pro crimine obiceretur latibulum, præcessisset in capite, quod in membro confirmaretur. Verus, & magnus princeps suorum statum, & utilia in se suscipit, ut illis conformetur, ne cadant in opprobrium. cap. 8. n. 154. 155. p. 210.

**Manifestate ipsum hominibus.** Mundiales homines Christo persuadebant, errantes spiritu vanæ gloriæ quæ est in omnibus vitanda. c. 10. n. 172. 173. 174. p. 265.

Nemo



# Summa Concionum ad Adventum. Septuages.

*Nemo in occulto quidquam facit.* Magnorum virorum est sua magnalia abscondere. cap. 14. n. 17. & 18. p. 314  
*Me autem odit, quia ego testimonium perhibeo veritati,* quæ semper apud mundiales odium parit. c. 12. n. 133. 134. 135. p. 297

*Feria 4. à Dominica 5.*

Joan. 10.

**F**acta sunt encania in Jerusalem, & ambulabat. Encania id est, innovare, ambulabat Jesus, non quiescebat, quia in virtute semper est innovandum de una in aliam. cap. 4. n. 128. 129. pag. 114.

*Hiems erat;* tempestuosum, ac pluviale tempus, quia ad renovandam amicitiam cum Deo debet fieri cum luctu lacrymarum, ac mortificatione. c. 7. n. 42. Vide lacrymæ. p. 160

*Hiems erat;* in quo multæ furientes tempestates debacchantur; quia qui innovantur in virtute, fortiter debent sustinere multas contradictiones tentationum, ac adversariorum. c. 2. n. 316. 317. 318. p. 80

*Ambulabat Jesus,* ut ex omni parte peccatum destrueret, & peccatores ad se vocaret. c. 7. n. 161. 162. 163. p. 173

*Circumdederunt eum Judæi.* Unus virtutis assecla superior omnibus mundialibus. c. 6. n. 79. 80. 81. pag. 149

*Loquitur vobis.* Deus ita benignus, ut etiam perditis, & malis hominibus communicet sua dona. c. 10. n. 215. 216. 217. p. 269

*Ego vitam æternam do eis.* Non ait, dabo, sed do de presenti, quod enim à Deo speratur, idem est, ac si jam habeatur. cap. 24. numero 45. 46. 47. pag. 411.

*Vitam æternam do eis.* deinde quid factum est! *tulerunt lapides,* ut eum lapidarent, qui eis dabat vitam æternam. Nil magis durum, ac abominabile, quam in benefactorem insurgere. c. 9. n. 75. & c. 24. q. 3. p. 223.

*Feria 5. à Dominica 5.*

Luc. 7.

**E**rat mulier in civitate peccatrix. Nomen illius non exprimitur, quia peccatores non habent nomen apud Deum. c. 9. n. 55. p. 222

*Ut cognovit.* Non moras interponit, sed statim, ac sine dilatione tendit ad Christum poenitentia festina, ac fervida. cap. 13. num. 63. 64. 65. pag. 308.

*Ut Cognovit.* Alibi mittit ad Christum pro salute temporali fratris, modo ipsa vadit pro recuperanda gratia, quæ requirit nostram cooperationem. c. 4. n. 68. 69. p. 319

*Capit lacrymis rigare pedes.* Benignissimè Dominus Jesus dat suos pedes; nam peccatores de novo conversi multum affabiliter sunt tractandi.

*Lacrymis cepit rigare pedes, & capillis tergebat & oculis fovebat;* & manus ministrabant, totum in dei obsequium impendebat deus integro corde servendus. c. 17. n. 78. 79. 80. 81. p. 347

*Stans vero.* Non statim se offert in presenti, sed retro stat. Non statim summa, & alta petit, sed paulatim cundo. c. 9. n. 105. 106. & c. 12. n. 106. 107. p. 226. 294

*Lacrymis cepit rigare.* Suam mortificationem ostentans. c. 7. q. 7. n. 42. Ostentans intrinsecum dolorem animi, qui per lacrymas vaporatur. c. 8. n. 33. p. 197

*Lacrymis rigabat.* Oratio cum lacrymis valde efficax. c. 20. n. 50. p. 197

*Cognoscere, quia peccatrix est.* poenitentem videt, & peccatricem vocat. Iniquus, ut detrahat, non cogitat præsentia, sed præterita. c. 9. n. 142. 143. p. 231

*Feria 6. à Dominica 5.*

Joan. 11.

**F**ecerunt consilium adversus Jesum. Semper innocentia in mundo obnoxia est multis malis. c. 7. n. 321. p. 190

*Collegerunt Pontifices, & Pharisæi adversus Jesum.* Hoc faciunt primates populi, ut omnes convocarent contra Jesum, nam minores sequuntur consilia majorum. c. 20. n. 46. 47. p. 375

*Quid facimus quia hic homo multa signa facit.* dum conspirantur contra Jesum, ejus virtutem, ac excellentiam fatentur; dum condemnatur innocens, ejus innocentia prædicatur. c. 25. n. 7. & 8. p. 415

*Multa signa facit,* multa miracula, ex quibus debebant Christum venerari, inde contra eum insurgunt. c. 9. n. 7. p. 216. & c. 21. n. 22. p. 408

*Venient Romani.* Nequitia semper timida. cap. 1. n. 36. & c. 4. n. 75. 76. 77. p. 8108

*Tollent locum nostrum, & gentem.* Ipsi sua nequitia ad se advocant supplicium infligendum per Titum, Vespasianum. Peccator ad se advocat poenam. c. 5. n. 125. 126. 127. p. 132

*Multa signa facit.* Non de salute animæ agunt, cum de illa maxime deberent esse solliciti. c. 7. n. 333. p. 192

*Prophetavit cum esset Pontifex.* Cum esset nequissimus prophetavit, quia ob officium fuit honorandus. cap. 2. n. 75. 76. 77. & etiam ex malo pre-lato deus loquitur. c. 7. n. 105. p. 101066

*Vos nescitis quidquam,* quia passionem, ac Crucem Christi ignorabant, à qua est omne bonum. c. 19. n. 16. p. 363

*Sabbato à Dominica 5.*

Joan. 12.

**C**ogitaverunt Principes Sacerdotum, ut Lazarum interficerent, sed non interfecerunt. Non permittit deus, ut inimici omnem suam rabiem exerceant in justos. cap. 17. num. 14. & 15. pag. 342.

*Ut Lazarum interficerent,* & ex tali cogitatione devenerunt ad mortem Christi. Semper unum peccatum aliud majus secum trahit. c. 7. n. 248. 249. 250. p. 182

*Ut Lazarum interficerent.* Ex ipsis insidiis, quæ machinantur in Lazarum, parat deus magnam ostentationem victoriæ: cuncto dicens Lazarum. c. 25. n. 85. 86. 87. 88. p. 406

*Cogitaverunt, ut Lazarum interficerent.* Illi, qui Lazarum mortuum planxerunt, vivum cogitant interficere ob invidiam operum Christi. cap. 5. n. 119. 120. p. 132

*Vel etiam armati odio in Christum volunt Lazarum eripere.* c. 6. n. 118. p. 153

# & totam Quadragesimam.

*Vel volunt interficere,* quia in eo resplendebat virtus Christi, vel etiam quia Lazarus suis virtutibus micabat publicans Christi magnalia, & cum virtus fulget omnes armantur contra illam. c. 7. n. 116. 117. p. 167

*Vel cogitant interficere.* Quæ major stultitia: Qui potuit mortuum suscitare, poterit, & occisum vivificare: sed superbus existimat se posse contra Deum stare. c. 8. n. 53. 54. p. 199

*Dominica Palmarum.*

Math. 21.

**I**nvenietis asinam alligatam, & pullum cum ea; Ad quid pullus, qui poterat esse impedimentum? in eo denotandum novella virtus, quæ multum valet ad superandos hostes, ad quos vincendos Christus ibat. cap. 2. n. 317. 318. 319. pag. 80.

*Dicite filia Sion.* Math. loquitur in plurali *filia Sion.* Joan. 12. in singulari. *Noli timere filia Sion:* nec mirum, quia omnes justi per unionem, ac charitatem in Christo unum sunt. c. 4. n. 136. 137. 138. p. 115

*Ecce Rex tuus,* ac si ipse solus intuentus. Qui Christum vult tenere, dimittat terrena, & solum Christum contempletur. cap. 7. n. 261. 262. 263. pag. 184

*Dicite filia Sion.* Non ait, filii, qui sexu, ac conditione sunt superiores, sed filia, quæ sunt inferiores, ac minores. cap. 24. numero 12. 13. 14. 15. pag. 408

*Venit tibi,* nempe ad tuam utilitatem, ac commodum. Rex creatur, ut suis, & non sibi inserviat. c. 1. n. 240. 241. p. 33.

*Mansuetus.* Cum in hac die palmarum Christus, ut Rex excipitur, statim mansuetus acclamatur; & benignus, quod est proprium Regum. c. 7. n. 13. 14. 15. & illa magis vincitur, quam potentia. c. 2. n. 164. 165. 166. & num. 274. pag. 156. 61. 74

*Benedictus, qui venit.* Apud Marc. 12. n. 6. *Benedictus in excelsis,* quia qui contempletur Christum demissis terrenis, ipse verè eum agnoscit. c. 7. n. 261. 262. 263. pag. 184

*Benedictus, qui venit.* Ingrediebatur Dominus non in equo furibundo, sed in miti, ac pacifico animali dans pacem, & inde benedictus acclamatur. c. 10. n. 205. 206. 207. p. 264

*Straverunt vestimenta sua.* Tunc magis sua, quando ea ad obsequium Christi expendunt. cap. 4. n. 149. 150. 151. p. 117

*Feria 5. In Cena Domini.*

Joan. 13.

**Sciens quia venit hora ejus.** Passionis horam vocat suam, quia in ea maxime manifestavit suam divinitatem. c. 2. n. 253. 254. 255. p. 71

*Ut transeat ad Patrem.* Inde omnia pericula, ac mortem contemnebat, quia ad Patrem transibat. c. 2. n. 51. 52. p. 47

*Omnia dedit ei Pater in manus.* Hic insigniter dicitur ei omnia à Patre donata, quia in hac cena magna, & multa mysteria ostentavit, quæ omnia accepta à Patre denotat. c. 4. n. 57. 58. 59. p. 106

*In finem dilexerit eos,* ita ut in cruce videretur tantum amore divino ebrius. c. 2. n. 144. p. 58

*Sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus, deponit vestimenta sua.* Cum sit omnium Dominus præstat humile servitium. Valde sublime manifestare humilitatem, & abscondere dignitatem, & magnitudinem. c. 14. n. 17. 18. p. 314

*Surgit à cena, ponit vestimenta.* Cum surgit à cena Eucharistica, deponit terrena vestimenta, ut nos ita faciamus ut in nobis floreat fructus ejus. c. 2. n. 287. 288. 290. 292. p. 76

*Cepit lavare pedes discipulorum.* quod factum juxta communem sententiam ante institutionem sacrae Eucharistia, ut eam mundo corde recipere. c. 1. n. 224. 225. p. 31

*Ait Petrus Domine non tantum pedes, sed manus & caput.* Petrus supra dixerat: *non lavabis mihi pedes in æternum.* modo ad Christi vocem mutat sententiam, & se subjicit, quod est prudentis viri. c. 8. n. 147. 148. 149. 150. p. 210

*Domine non tantum pedes, sed & manus, & caput.* totum quantum in se erat committit, & subjicit Christo. c. 17. n. 78. 79. 80. 81. p. 347

*De Passione, vide Passio Christi.*

Oratio in horto. cap. 10. num. 207. & c. 7. n. 317. pag. 268. 190

Petrus fleus. c. 8. n. 120. Vide *Lacrymæ.* p. 207

Bonus Lator c. 5. n. 8. 9. & c. 19. n. 72. p. 120. 369

Sepultura Christi c. 2. n. 243. & c. 17. n. 2. p. 70

*Resurrectio Christi.*

Marc. 16.

**M**ulieres emerunt aromata. Pro Christi obsequio omnia contemnunt. c. 10. n. 63. 64. pag. 253.

*Ut venientes ungerent Jesum.* Veniunt, ut unguento recrearent Corpus Jesu: & occurrit eis Jesus recreans eas sua præsentia, per id, quod sit obsequium, recipitur beneficium. c. 9. n. 259. 260. 261. p. 243

*Ungerent Jesum.* Non discipuli veniunt, sed mulieres: erat enim illud officium pietatis, & inde maxime ad mulieres pertinebat, & inde alii non sibi illud assumunt. c. 3. n. 47. p. 87

*Jesum crucifixum queritis?* surrexit. Per viam mortis ingressa est gloria resurrectionis. cap. 2. n. 111. 112. p. 54

*Surrexit.* Prius dixit eis Angelus, quod surrexit, & venientibus apparet Christus suscitatus: & cur non apparuit, quando ibant, sed post acceptum nuntium Angeli: quia paulatim ad gloriam resurrectionis fuerunt disponendæ; quia tam ampla est, quæ si subito illis fieret, obstupefecerent. c. 12. n. 106. 107. 108. p. 294

*Resurrexit.* Christi resurrectio ingenti gloria, gaudio, ac lætitia plena. c. 2. n. 257. 258. 259. pag. 72.

*Resurrexit.* Tota Christi gloria ab eius resurrectione cepit declarari, ac manifestari. cap. 13. n. 71. 72. p. 309

*Resurrexit.* Solet Ecclesia Christum suscitatum depingere cum cruce in manu: à cruce omnis victoria, ac triumphus. cap. 8. num. 82. 83. 84. pag. 202

INDEX